

Mann kan die Redlichkeit aus seinen Augen lesen /
 Und daß er jederzeit in allen treu gewesen.
 So lebt verlobte Zwen in angenehmer Ruh /
 Der Himmel spreche selbst das Vivat gleich dargu:
 Vergest der Kargheit nicht / und sucht sie zu verüben /
 Sucht euch des Neides Grimm empfindlich zu betrüben.
 Seyd Karg in Eifersucht / seyde Karg in Zand und Streit /
 Seyd Karg in Eigen-Nutz seyde Karg in Traurigkeit /
 Seyd Karg wenn euer Wohl in größten Flore blühet
 Und mann die Seegens-Kraft von jener Höhe siehet.
 Seyd Karg wenn heute gleich manch Joab Feuer spent /
 Und aus verblendten Sinn nichts gutes prophezeit
 Es muß der Neider Grimm mit Scham zurücke weichen /
 Dabey der Kargheit stets viel Gutes zu erreichen.
 Seyd Karg was Wirthschaft heist / denn wer gut Kargen kan/
 Bey diesen giebet sich ein grosser Seegen an:
 Wer zu Verschwenderisch in seinen Thun und lassen /
 Muß / eh er dran gedacht / wenn andre spielen / passen.
 Seyd stets in allen Karg doch in der Liebe nicht /
 Die mit der größten Macht der Kargheit widerspricht.
 Wird er Herz Bräut'gam sich / alsdann nicht Karg er-
 weisen
 Muß man zu seiner Zeit was in den Windeln speisen.
 So fällt mir Jeder Mann ganz ungezwungen bey
 Daß Kargheit in den Hauß sehr gut und nützlich sey.



ΕΥΦΗΜΙΑΝ
 IN
 VIRI
 NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI,
 AMPLISSIMI, DOCTISSIMI
GOTTLOB
KRANZII
 SCHOLARVM VRATISLAVIENSIVM A. C. ADDICTARVM
 INSPECTORIS GRAVISSIMI
 GYMNASII ELISABETANI RECTORIS
 ET PROFESSORIS
 VICINAEQVE BIBLIOTHECAE PRAEFECTI
 LONGE MERITISSIMI
 SOLENNEM NATALIS DIEI
 FESTIVITATEM
 A. O. R. cld lcccxxx. d. 24. FEBR.
 FELICISSIME REDEVNTEM
 EXHIBERE STDVERVNT
 OBSERVANTISSIMI
 PRIMI ORDINIS AUDITORES.

WRATISLAVIAE,
 IN OFFICINA BAUMANNIANA TYPIS EXPRIMEBAT
 JOHANNES THEOPHILUS STRAUBEL, TYPOGR. PRAEFECTUS.



* * *

Alladis adsertor, KRANZI; columenque, clientum
 Præsidium: generis gloria summa TVI.
 Quæ TE Musa satis canet? aur quis spiritus oris
 Laudabit digne nomen in orbe TVVM.

Quo virtus TVA, quo celebrabitur ardor honesti
 Carmine? quo pietas, candor & alma fides.
 Lætatur magnis veneranda TVIS schola donis
 Gaudet res, genio, publica, iure Tvo.
 Cynthus ipse TIBI adspirat, Charitesque faventes
 Gratantur, concors Castalidumque chorus.
 Quæ siquidem votis homines communibus optant.
 Hæc DEus in gremio datque deditque Tvo.
 Forma decora TIBI, gravitas, gratissima vultus:
 Procerum corpus; fortia membra, vigor,
 Ast quia mens potior formoso in pectore solers;
 Et pretium formæ munere majus habet,
 Hanc quoque si spectes, mens est generosa, simulque
 Ingenium felix, pectora plena bonis.
 Nobile stemma TIBI, præclarum & nomen avorum
 Præsto est: ac patriæ gloria summa domus.
 Stirps spectata vicens, AMPLISSIMA KRANZIA proles,
 An poteras Phoebo clarius esse satus?
 Non tamen antiquæ contentus nomine gentis,
 Æquasti morum nobilitate genus
 Hæc demum siquidem laudem nomenque meretur
 Nobilitas, virtus quam parit æqua bonis.
 Stemmata vix profunt, si sit virtutis avitæ
 Nullus amor, nullus Martis & Artis honos.
 Optimus ES cultor veræ pietatis, & ipse
 Fons vitæ CHRISTUS, spesque salusque TIBI.
 Eusebie atque Themis purò de pectore fulgent;
 Zelus, & innocua cum probitate fides.

Cunctos, quod certum, superat laus ista triumphos,
 Omnibus & mundi est anteferenda bonis.
 Nam pietas est grata piis, accepta Jehovah;
 Qua sine nec minimum gloria pondus habet.
 Cui cordi pietas rerum ditissima messis,
 Is certo veris nescit egere bonis.
 Adde quod Aoniis sudasti graviter hortis,
 Mitia Pegasei numina fontis amans.
 TE natale solum primis puerilibus annis
 Iustruxit Musis, cum pietate, sacris.
 At tenero modicum postquam digressus ab ævo,
 Turpe ratus patrio consenuisse solo.
 Visisti claros mutata sede Borussos
 Balthica Thespiadum culta Lycea petens.
 Hic ubi docta cohors Heliconiadesque sorores
 Laurigeræ, placide dulcia plectra movent.
 Post hinc digressus, quæ lambit Plissa benigne
 Venisti viridi florida in arva solo.
 Urbs ubi nota viget, Musis quæ præsidet almis
 Saxonico imperio dulcia jura colens.
 Hinc TE conspicuum Claria gratante corona
 Aonidum finxit summus Apollo sagax.
 Indidit ingenium Pallas, Cyllenia proles
 Os doctum, mentis robora sacra Themis.
 Felix cui bene tam cupiunt Heliconis alumnae!
 Felix quem tanto Phoebus amore colit!
 Namque mori prohibet virtus celebranda per orbem,
 Æternumque parat turba novena decus.
 Utque viret laurus semper, nec fronde caduca
 Carpitur, æternum sic honor ille viget.
 At quid vel totum prodest errasse per orbem?
 Innumeras artes, quid didicisse juvat?
 Ni, quæ indefesso studio, longoque labore
 Parta, iuvent hominum post ea dulce genus.

Non teris, ac alii, sub inertī tempora luxu
 Plenaque nec vanis otia rebus agis.
 Instruis ast animum studiis & rebus honestis,
 Otia sic vitæ desidioſa cavens,
 Laudis & es veræ custos, sacræque Themistos
 Adfertor solers: Euphrosynesque comes.
 Utilis esse studes cunctis, doctisque piisque,
 Pulchrior hac toto gloria nulla solo.
 Inde TIBI merito favet ingenioſa caterva;
 Te quoque non leviter, bella Budorgis amat.
 Slesia grata TIBI virtutis præmia confert,
 Virtutem sequitur gloria, palma, decus.
 Qui mare, qui terras, qui cœlum numine complet,
 Te fovet, & menti gaudia blanda creat.
 Sæpius optatam depulsa nocte reducit
 Nunc aurora diem: Solque redit roseus
 En quam pallentes collustrat lampade terras!
 Fallor? an illuxit prospera lux Domino?
 Quæ procul hinc omnis mœroris nubila pellat
 Et nova PATRONO lætaque festa ferat.
 Mitte Tuos igitur nunc, VIR VENERANDE, dolores,
 Mitte Tuos gemitus, mitte Tuas lacrymas.
 Annua natalis celebrato festa diei:
 Dulcia multiplici jubila voce canens.
 Illico Phoebe veni præcinctus tempora lauro,
 Et cito dulcisonæ plectra moveto lyræ.
 Cingite nunc Musæ PATRONI tempora flore,
 Atque ejus vitreo rore rigate comas.
 ILLIVS & nomen semper celebrate per Orbem,
 DIGNVS QVI VIVAT, QVI VALEATQVE DIV.

§

§

§



FESTIS NATALIBVS
 VIRI
 NOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI,
 AMPLISSIMI, DOCTISSIMI
GOTTLOB
KRANZII

Scholarum, quæ Wratislaviæ sunt, August. Conf.

INSPECTORIS GRAVISSIMI

Gymnasii Elisabetani

RECTORIS & PROFESSORIS longe MERITISSIMI

Vicinæque Bibliothecæ

PRÆFECTI VIGILANTISSIMI, CELEBERRIMIQVE,

Quæ

A. R. S. cl. 1555. vi. Cal. Mart.

Auspicatisimis illuxerunt Ominibus

Qua par est

Demissa animi veneratione

Adplaudere voluit

Christian Gottlieb Sabicht,

Gymnas. Elisab. Civis.

WRATISLAVIAE,

IN OFFICINA BAUMANNIANA TYPIS EXPRIMEBAT
 JOHANNES THEOPHILUS STRAUBEL, TYPOGR. PRAEFECTUS.